

De celo et elementis

tate communis ad centum. Locus ergo naturalis aqua non est tota superficies terre: sed superficies aeris. Illa quae magis abundat in quilibet partibus sibi sibi. Illa autem est tantum in aquilone: ubi est purissimus locus aqua quo ad generationem: in meridie autem non est aqua nisi quia illuc fuit ab aquilone. Nec est philosophus theologos dicentes: quod terra non apparebat in principio: quia tunc aqua erat in circuitu terre vaporantiter: quod nondum habebat proprium locum et distinctionem. Sicut ergo terra est tantum ex parte coopta aqua: ita nos in vita ista siue noticia naturali siue fidei tantum ex parte cognoscimus. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus: ut dicitur in I. Corinth. xiiij. Quia scientia nostra est imperfecta sicut et aqua figura. Isa. xij. Repleta est terra scientia domini: et quasi aqua maris opientis. scilicet non ex toto sed ex parte. Sed scientia beatorum assimilatur igni: Isa. xl. Erat lumen israel in igne. Israel interpretatur videns deum: et significat beatos qui de lumine fruuntur quorum lumen. scilicet scientia igni assimilatur: quia est velox et uniformis. Velox enim est: quia sine discursu. Ignis enim ut dicitur Augustinus. erunt in patria volubiles cogitationes nostrae ab alijs in alia excutes atque redeunt: sed tota scientia nostra vno simul aspectu videbimus. et sic non solum velox sed etiam uniformis: quia unico reali medio siue forma omnia cognoscunt beati qui ad eorum beatitudinem faciunt. scilicet divina essentia. Scientia autem angelica naturalis sed sit completa: quia omnium creaturarum habet plenam noticiam non tamen uniformis: quia non per unam speciem siue formam: sed per multas cognoscunt. An dicitur in libro de causis: quod intelligentia est plena formis: et ideo sicut aer qui non uniformiter imitatur celum. et ita nec ipsi sapientiae habent divinarum: quia quod deus cognoscit uniformiter: ipsi ut ita dicam cognoscunt multiformiter. Sed scientia hominis viatoris est ut dixi sicut aqua: quia nec perfecta nec uniformis sed varia et multiformis. Illi vero qui celestem sapientiam fugiunt qui dicunt deo: Recede a nobis: scientiam viam tuam nolumus. Siles sunt terre que recedendo a celo completam facit spheram: quia recedendo a celesti sapientia completam quamdam accipiunt nequitie figuram que potius est tenebra quam lumen: Isa. xl. Ecce tenebra operient terram. Nam sapientia huius mundi stulticia est apud deum.

Capitulum: LXXI

Solitaria et heremica

Heremica vita assimilatur heremo siue solitudini. Nam haec quatuor species sunt heremus corporaliter. Primo libertate: quia ibi fere siluestres liberius evagant. Sic etiam anima a curis et tumultibus seculi sepata est liberior ad contemplandum: Thren. iij. Sedebit solitarius et tacebit quia leuabit se supra se. An ibi liberius percipit diuinas reuelationes: Psal. ij. Dicit eam in solitudine: et loquitur ad cor eius. Ibi ergo petra christus anime oranti et stitenti se aperit: et aqua sapientiae salutaris vberius infundit. Psal. lxxvij. Interrumpit petram in heremo: et adhaeruit eos velut in abyso multa. Secundo quia habet dubietatem vel deceptibilitatem. Nam propter siluestres feras quae in heremo commorantur loca talia a venatoribus frequentantur: et laquei ibi et retia occultantur. Et sic etiam solitarii maxime molestantur et tentantur a demonibus qui sunt venatores animarum diuersas deceptiones inuenientes. Et hic est quod diabolus ipsum in deserto tentauit. An multo magis tentat et venat ibi simplices homines: Eccl. xiiij. Venatio leonis onagri in heremo. Leo enim est diabolus: onagri vero simplices heremitae. Tertio habet difficultatem siue asperitatem. Nam talium locorum habitatores pluribus laboribus exponuntur. et nunc gelu: nunc frigore: stringuntur: nunc estu exuruntur: nunc rore: nunc pruina: nunc nimibus profunduntur. Sic etiam spiritualiter solitarii diuersorum vitiorum molestiis fatigantur: quia quibus rigescunt gelu accidunt: quibus feruescunt estu percipiunt. Sed si viriliter resistunt profunduntur rore gratiae siue consolationis diuinae. Unde dicitur quandoque ad horam videtur eis iratus scilicet quando tot vitiorum tentationibus commouentur. sed statim videtur placatus: quia scilicet post tentationum victoriam magne dulcedinis consolationibus profunduntur. Unde dicitur Sapientiae. xvij. Tetigit autem tunc et iustos tentatio mortis: et commotio in heremo facta est multitudo: sed non diu permansit ira tua etc. Quarto habet tranquillitatem. Nam quis talis locus multum habeat afflictionis: multum tamen habet quietis: quia ibi habitantes raro nisi a latronibus molestantur. Similiter solus

b